

DE VALORE ET SIGNIFICATIONE CONSTITUTIONIS APOSTOLICAE « PROVIDA MATER »

Abhinc 25 annos Const. Apostolica « Provida Mater Ecclesia » promulgata est, et optimum censuimus, quaedam recolere quae, scripta fuere tunc temporis a principalioribus actoribus et auctoribus, ut serene possimus iudicare de significatione et validitate documentum; sunt etenim qui affirmant, Constitutionem illam superatam et evacuatam fuisse ab irrumpente vita Ecclesiae.

I. - MOMENTUM DOCUMENTI

1°. - *Nomen*, seu titulus Constitutionis, propositum fuit a Card. Lavitrano Praefecto Congr. Religiosorum. Subsecretarius, nunc Card. Larraona, inopportunitatem illius nominis significavit, cum eiusdem tituli adesset magnum documentum Congr. Sacramentorum, scilicet, Instructio servanda a Tribunalibus dioecesanis in pertractandis causis matrimonialibus, diei 15 augusti a. 1936. Tamen, contra morem Curiae, mansit nomen a Card. Lavitrano desideratum, qui aiebat, sic, ista duo Documenta testimoniabunt sollicitudinem Ecclesiae pro illis qui in mundo sanctitatem prosequuntur, sive in matrimonio, sive extra matrimonium.

2°. - *Data promulgationis*, Const. optime, ait P. Creusen (1) electa est dies 2 februarii 1947, festum Purificationis et Praesentationis Iesus in templo, cum in Constitutione recognitus esset novus status perfectionis qui, in vera, reali, totali Deo et operibus apostolatus consecratione consisteret.

(1) P. I. CREUSEN, S.J., *Revue des Communautés Religieuses*, p. 21 fasc. II, 1947. Scripsit etiam Annotationes in *Periodica* 1947 p. 118-125.

3°. - *Forma Documenti*, est Constitutio, actus legislativus maioris sollemnitatis quoad formam et momenti quoad substantiam; et efficaciam obtinet legum generalium. Constitutiones Apostolicae ordinario respiciunt definitiones et decisiones circa fidem aut disciplinam generalem Ecclesiae, in forma Litterarum. Distinguuntur ab actibus legislativis Pontificiis minoris momenti, vel caracteris particularis, ut Motu Proprio, Chirographi etc., vel quae Pontifex emanat mediantibus propriis Dicasteriis Romanis, ut sunt Decreta, Instructiones, Litterae Circulares etc. (2).

Hac ratione cum de lege constitutiva ageretur, recte appellata est « Provida Mater Ecclesia », *Charta Magna* Institutorum saecularium, sicut antea Const. « Condita a Cristo » Leonis XIII pro modernis Congregationibus votorum simplicium (3).

4°. - *Documentum historicum*. P. I. Creusen animadvertit (4) in *Osservatore Romano* diei, 14 martii illius anni, cum textu latino et velut unum corpus efformans, apparuisse articulum praesentationis, anonymum qui, tamen ex contextu, etsi non sit interpretatio officialis, praesumendum est communicatum fuisse antecederet altioribus Auctoritatibus. Possumus ergo credere ideam inspiratricem Constitutionis manifestare.

Videtur articulum ex sollicitatione Pontificis et ab Ipso examinato, correcto et approbato scriptum fuisse a Rev.mo P. Goyeneche ex testimonio Card. Larraona. Ita incipit: Con la Costituzione Apostolica « Provida Mater Ecclesia » che qui pubblichiamo nel suo testo ufficiale e che rappresenta uno storico documento (5) nella vita interna della Chiesa, il Sommo Pontefice Pio XII da

(2) WERNZ-VIDAL, Vol. II, n. 203 p. 265 ed. altera Romae 1953.

(3) LEONIS XIII, *Acta*, vol. XX, p. 317-328 (8 dic. 1900).

(4) P. I. CREUSEN, *Les Instituts Séculiers*, loc. cit., pag. 2.

(5) P. CREUSEN, *La Const.*, « L'Eglise, cette Mère attentive » a fait sensation non seulement dans les groupements des fidèles auxquels elle assure un statut juridique, mais aussi dans les Instituts religieux ». *Les Instituts Séculiers*, p. 1, loc. cit. ADRIEN- M. MALO, O.F.M., *La vie des Communautés Religieuses*, an. 1947 pag. 46: « Parmi tous les actes jusqu'ici posés par Pie XII, cette Constitution occupe, une place de premier rang; ce que fit Leon XIII pour les congrégations à vœux simples par sa constitution *Condita a Christo*, datée du 8 decembre 1900, Pie XII le fait par ces nouvelles formes d'association: il les fait passer du rang des pieuses associations à celui qui est bien supérieur des états canoniques de vie parfaite ».

stabile ufficiale riconoscimento a una nuova forma di perfezione cristiana negli Istituti Secolari, la quale si aggiunge così a quelle già esistenti e ricche di perenne vita con gli antichi Ordini religiosi e a quelle, più recenti, con le Congregazioni religiose.

5°. - *Innovatio satis audax*, erat pro P. Emile Jombart (6) ista Constitutio quae, nobis recordatur approbationem ex parte Pontificatus Ordinum Mendicantium saec. XIII, vel Clericorum Regularium saec. XVII. Quando S. Ignatius determinavit ut non tantum scholastici in periodo probationis, sed etiam Fratres Coadiutores et etiam Sacerdotes iam definitive membra Societatis, vota simplicia nuncupassent, multi theologi et canonisti affirmarunt, illos non esse religiosos, et si postea Gregorius XIII declaravit sollemniter tales esse religiosos sensu stricto (Bulla « Ascendente Domino », 25 ian. 1584), adversarii dixerunt quaestionem solutam non fuisse, quia agebatur de privilegio Societatis Iesu; tantum post tria saecula Leo XIII Instituta votorum simpliciorum ut veras Religiones declaravit.

Nunc de aliis Institutis agitur revera diversis; non agitur de aliquo subrogato vitae religiosae. Nova Constitutio orta est non ex necessitate renovandi et adaptandi vitam religiosam, relate ad ea quae sese referunt ad sanctificationem personalem et apostolatam, sed ex constatazione numeri crescentis animarum (7) quae cum ad vitam religiosam vocatae non essent, tamen perfectae caritatis et apostolatus prosequi desiderabant (8).

II. - NOVA FORMA STATUS PERFECTIONIS

1°. - *Praesentia in mundo*. Cum omnes fideles ad perfectionem caritatis vocentur, absurdum videretur, si tantum pauci possent illam prosequi, si fuga materialis saeculi necessaria esset (9).

(6) P. EMILE JOMBART S.J., *Revue d'Ascetique et Mystique*, a. 1948, n. 7, p. 280.

(7) *A.S.A.* vol. 39, p. 118 (a. 1947).

(8) P. CREUSEN, l. c., p. 18.

(9) Hac ratione Conventus internationalis, auspiciis Congr. Religiosorum Romae celebratum anno 1950, 26 nov.-8 dic., ex professo appellatus est « De

Ecclesia praesens est in mundo ut ipsum compenetret (10) et omnes fideles cum homines sint, cum unum in Corpore Christi corpus efforment et in missione Ecclesiae participant, praesentes in mundo sunt, sed modo diverso, pro diverso carismate, functione, ministerio, unde etiam monaci in mundo praesentes sunt ut fiat Christus praesens et consecratur, santificetur mundus in sanguine Christi. Hac ratione et quatenus omnes homines unificari debemus per Christum in Patre, omnes monachi sumus, sive claustrum nostrum monasterium sit, sive mundum universum, et pro omnibus valet illa regula caritatis S. Bernardi, « *Modus diligendi Deum est, sine modo diligere* » (11).

2°. - *Status iuridicus, status canonicus*. Omnes auctores modo generico de nova forma status perfectionis agebant, sed iam in primis commentariis aliqua differentia animadvertitur (12). Primus fuit P. Creusen, qui ita argumentabat: Leges Ecclesiae appellantur canones, ideo loquendum erit « de statu canonico perfectionis ». Alii vero ut Card. Larraona, P. Goyeneche, Canals etc., et in genere CpR, de statu iuridico loquebantur. Etiam si late sensu omnes leges Ecclesiae dici valeant canones, stricte veniunt hoc nomine quae tales in Codice iuris nominantur. Instituta Saecularia ordinata fuerunt ad normas Constitutionis « Provida Mater », vera lex generalis Ecclesiae, ideo iuridica stricte erant, sed non debebant illis applicari canones Codicis in quibus vita Religiosorum regulatur, quia non agitur de Religionibus. Ex ista distinctione quae non erat mere dialectica, plures ortae fuerunt

Statibus Perfectionis » et non De Statu Religioso, et in illo non minimam partem obtinuerunt, Instituta Saecularia. Sub signo renovationis celebratus verbum signavit « aggiornamento ».

(10) G.S. n. 40, 17, ss. « Ita Ecclesia, insimul coetus adspectabilis et communitas spiritualis una cum tota humanitate incedit eademque cum mundo sortem terrenam experitur, ac tanquam fermentum et veluti anima societatis humanae, in Christo renovandae et in familiam Dei transformandae existit.

Haec quidem terrestris et caelestis civitatis compenetratio non nisi fide percipi potest, immo mysterium manet historiae humanae, quae usque ad plenam revelationem claritatis filiorum Dei peccato perturbatur ».

(11) S. BERNARDUS, *De diligendo Deo*, cap. 6. n. 16. PL. 182, 903.

(12) P. CREUSEN, l. c. p. 10: Les lois de l'Eglise s'appellent couramment des « canons », on parlera d'un « état canonique de perfection » Cfr. J. BEYER, *Les Instituts Séculiers*, Tertia pars, C. II, S 1, p. 293-294. Cfr. etiam, *Gli Istiti-*

quaestiones et non tantum de publicitate ipsorum Institutorum, sed et vinculorum et de natura sacra vel minus ipsarum personarum, quae in futuro Codice erunt solvendae, cum notio status perfectionis Codicis Piani-Benedictini, innovata fuerit a Concilio (13). Nunc vero de Statu perfectionis aquirendae ut genus et de speciebus seu potius formis diversis erit agendum (14).

3°. - *Peculiaris vocatio*. « Verum benignissimus Dominus, qui absque personarum acceptione (15) omnes fideles semel iterumque ad perfectionem ubique sequendam et exercendam invitavit (16) mirabili suae Providentiae Consilio disposuit ut etiam in saeculo, tot vitiis depravato, nostris praecipue temporibus, plures floruerint ac floreant animarum selectarum copiae quae, nedum perfectionis individualis studio aestuent, sed peculiari Dei vocatione in mundo manentes, optimas novas invenire possint consociationum formas, temporum necessitatibus apprimè respondentes, in quibus

tuti secolari, parte terza cap. II, pag. 909 ss. ed. Città nuova, trad. it. Giuseppe Zanghi, 1964 - Grottaferrata - Roma.

Cosa vogliono gli Istituti Secolari?.. Ciò che essi vogliono, e scomparire e rimanere sociologicamente del ambiente, della professione, del mondo nel quale vivono, solo questo...

E' proprio l'atto teologale fondamento della Consacrazione, a far sì che i consacrati siano essenzialmente dei religiosi... Infatti si vorrebbe distinguere così la vita religiosa in senso canonico dall'atto di religione e dal valore religioso di ogni vita consacrata... (p. 317).

(13) L. G. n. 44, 36: « Status ergo, qui professione consiliorum evangelicorum constituitur, licet ad Ecclesiae structuram hierarchiam non spectet ad eius tamen vitam et sanctitatem inconcusse pertinet ».

(14) In futuro Codice plures quaestiones erunt solvendae, cum non de statu religioso agendum erit, sed modo generaliori De Statu Perfectionis et de diversis speciebus prout iam in Decreto Perfectae caritatis innuitur cum directe tractet de vita contemplativa, n. 7; de vita apostolica, n. 8; de venerabili vitae monasticae Instituto, n. 9; de vita religiosa laicali, n. 10; de Institutis Saecularibus, n. 11. Circa quaestiones suscitatas cfr. BERTRAMS, *De publicitate iuridica statuum perfectionis Ecclesiae*, in Periodica, p. 115-165, a. 1958.

Cfr. praesertim A. CARD. TABERA, *De notione et conceptu status religiosi sub aspectu iuridico; Acta conventus internationalis canonistarum*, p. 359, 375, Romae 20-25 mai 1968, Romae, 1970.

Cfr. *Communicationes, Commissionis Cod. Canonici recognoscendi*, vol. II, N. 1 a. 1970, p. 168-171; p. 175. Schema generale iuris recognoscendi: « De Institutis Perfectionis ».

(15) 2 Par. XIX, 7; Rom. 2, 11; Ephes. 6, 9; Col. 3, 25.

(16) Math., 5, 48; 19, 12; Col. 4, 12; Jacob., 1, 4.

vitam ducere queant *adquirendae christianae perfectionis* admodum consentaneam (17).

4°. - *Actualitas*: « Ex felici Institutorum incremento in dies clarius apparuit quam multiplici respectu eadem in efficax Ecclesiae et animorum subsidium verti possent. 1° Ad vitam perfectionis semper et ubique serio ducendam; 2° Ad vitam casibus amplectenda in quibus vita religiosa canonica possibilis vel conveniens non erat; 3° ad impensam familiarem, professionum ac civilis societatis christiana renovatione per contactum intrinsecum et quotidianum cum vita perfecte et omnino sanctificationi consecrata; 4° ad multiformem apostolatatum et ad ministeria exercenda locis, temporibus et rerum adiunctis sacerdotibus religiosisque vetitis, vel imperviis, haec instituta adhiberi et converti facile possint » (18).

P. E. Jombart commentabat: Instituta Saecularia sunt in aetate nostra dechristianizata valde necessaria, cum accessus, quandoque etiam ratione persecutionum, similis ad similem, contactu immediato tantum possibilis sit. Membra institutorum saecularium invitantur ut pro valde diversis professionibus optent etiam quae magis laicae videantur. Sicut Communistae — fas est et ab hoste doceri — sciant natare in diversis aquis ut mundus progressive rechristianizetur.

In atmosphaera athea moderna, periculum adest, ne amittatur sensus Divinitatis. Praxi consiliorum evangelicorum, exercitiis pie-

(17) A.A.S., 1947, p. 117.

(18) A.A.S., 1947, p. 118. ADRIEN MALO, *La Vie des Communautés Religieuses*, oct. 1947, n. 8 p. 50: « Un lecteur qui connaît l'Action Catholique et parcourt le texte de la Const. « Provida Mater Ecclesia », ne peut s'empêcher d'y reconnaître une saveur assez prononcée d'action catholique. Elle parle de pénétration, de contact immédiat, d'apostolat, de recristianization des familles, des professions, de la société civile, d'accomplissement des fonctions que le lieu, le temps ou les circonstances rendent impossibles ou impraticables aux prêtres et aux religieux; voilà tout un vocabulaire d'Action Catholique, tout un programme. Mais sur tout ce jeune homme qu'aucune signe extérieur ne distingue des ces des compagnons et qui pratique les conseils évangéliques dans une usine, ou un atelier, cette jeune fille-extérieurement semblable à ses compagnes, qui vit sa consécration à Dieu dans un bureau d'avocat ou derrière un comptoir de grand hôtel, rendent dans les milieux les plus divers un précieux témoignage de la vie chrétienne et rappellent singulièrement le rôle du militant qui rayonne le Christ dans son milieu providentiel de vie ».

tatis et renuntiationis, Instituta Saecularia, erunt iuxta metaphoram Evangelii, qua Pontifex utitur sal, lux, fermentum operarum Ecclesiae, ipsarum efficaciam magnopere accrescendo.

Cum societas laica «exiliaverit» Deum, «non est genialis inspiratio coelestis provocationem inimici acceptare? Omnibus in locis Deus suos nuntios habebit in civitate et in rure, in fucinis et officinis, in domibus divitum et in domibus pauperum, in palatiis et in tuguriis, in scholis et officiis et in omnibus viis, ita ut ultimo, ista pacifica invasio conquirit mundum universum Christo (19).

III. - CHARACTERES CONSTITUTIONIS

1°. - *Non est exclusivista.* Ecclesia, Provida Mater, dispensatrix bonorum Dei ut numero semper ampliori animarum possibilis praxis consiliorum evangelicorum sicura fieret, procuravit, authentice verificando novam formam status perfectionis.

Nihil in hoc documento, aiebat P. Carpentier (20), manifestat conceptionem exclusivisticam vitae consiliorum evangelicorum. *Nimis frequenter homines iustificant electionem alicuius vocationis ipsam contra aliam quasi oppositam eligendo, ex valore intrinseco, cum tamen vocatio sit quid personale.* Non ita procedit Ecclesia, ideo explicite affirmat, formas status perfectionis decursu saeculorum canonice recognitas, proprium retinere valorem, mirabili foecunditate Spiritus Sancti respondere et specificis necessitatibus apostolatus in Ecclesia.

Hac ratione Ecclesia ut omnia ordine fiant (1 Cor. 14, 40) statum singulorum determinat et singulis suum locum tribuit ut omnes sciant qualis sit proprius locus vigilantiae et responsabilitatis, secundum statutum pro illis approbatum, pro exercitio missionis propriae intra Ecclesiam et sic et a malo praeserventur et omnes opus bonum quod ab illis desideratur perficiatur (21).

(19) P. EMILE JOMBART, *Revue d'Ascétique et Mystique*, n. 7 p. 280-281, a. 1948.

(20) P. CARPENTIER, *Orientations générales de la Const. «Provida Mater Ecclesia»*, in *Nouvelle Revue Théologique*, p. 426, a. 1947.

(21) *Osservatore Romano*, 14 Marzo, 1947: «Non si tratta — e per quanto sia superfluo il dirlo, non di meno è bene rilevarlo — di ritenere il tempo presente come il più prezioso a questi nuovi virgulti della grazia

2°. - *Nec subrogatio, nec obrogatio.* Duplex periculum vitandum erat, ne membra Ordinum et Congregationum considerarent Instituta Saecularia ut forma degradata Status Religiosi, ne ista despicerent antiqua Instituta, ut quid obsoletum, extra cursum historiae, quid iam invalidatum, cum novae formae professionis consiliorum evangelicorum, tantum, exigentiis vitae modernae responderent (22).

e dell'apostolato, quasi che le precedenti e sempre ubertose istituzioni abbiano, ora, minori compiti o più scarse possibilità di espansione. *Si intende, invece, aggiungere nuove gemme alla corona della Chiesa;* si da risultarne un fulgore più intenso, *non certo sovrapposizione a quello più antico.*

I vetusti ordini e le successive Congregazioni Religiose conservano integra la loro tradizionale e insostituibile importanza, *anche di fronte alle più svariate necessità ed esigenze della vita moderna;* proseguono in pieno nel loro funzionamento con una vita talmente ricca di meriti, da essere considerata una delle più alte glorie del Cattolicesimo; aprono sempre più in ogni campo sacro le loro acclamate palestre di generosi e di eroi ».

(22) Si Pius XII validitatem proclamat Ordinum et Congregationum hoc significat, apud quosdam conscientiam prevaluisse, novam formam vitae perfectionis, posse et debere substituere, antiquas formas status Religiosi. Initio saeculi, scripsit novellatorem apocaliptici characteris Hugo Benson, Cambridge, a. 1907 et iam a pueritia illam perlegi, nuper iterum legi, quia revera retinet suam actualitatem, in editione 6ª hispanica ed. G. Gili, Barcinone, 1956. Antichristus imponit religionem Humanitatis, cultus Hominis, et ad pugnandum contra Naturalismum remedium maximum invenit in novo Ordine constituendo. Las antiguas Ordenes parecían demasiado coartadas por sus Reglas y Constituciones, las cuales a pesar de su bondad intrínseca, no parecían responder ya a las necesidades de la época... Urgía la creación de una Orden Religiosa, sin hábito, ni tonsura, sin tradiciones, ni costumbres... sin antiguos privilegios, sin antecedentes históricos en que alimentar estériles complacencias... Sí, un cuerpo de guerrilleros, sacerdotes, prelados, legos, mujeres, con los tres votos por supuesto y una cláusula especial que prohibiera terminantemente la posesión de riqueza corporativa... (pag. 63). Una Orden Beatísimo Padre... directamente sometida a Vuestra Santidad... con más libertad de acción aún que los Jesuitas... más pobre que los Franciscanos... más mortificada que los Cartujos; en ella deberían entrar hombres y mujeres... los tres votos con la expresa mención del martirio; cada Obispo debería tomar a su cargo el sostenimiento de los miembros de esa Orden residentes en su Diócesis... Cada País podría tener un Vicario Apostólico. Cada Superior Diocesano tendrá todos los derechos que pertenecen de ordinario a los Superiores Religiosos y gozará de facultades para emplear a sus súbditos en cualquier ocupación que, a su juicio, pueda contribuir a la gloria de Dios y salvación de las almas (pag. 163). Los llama Caballeros de Cristo y considera su fundación en el Vaticano. [Titulus originalis huius operis est *The Lord of the World*, in versione hispánica, *El Amo del Mundo*. Hugo Benson erat conversus.

Solutio vero huius obiectionis circa supplantationem antiquorum Ordinum a modernis Institutis Saecularibus, persuasione illorum manifestat in illis perfici statum consecrationis plenae, totalis, consiliorum evangelicorum, imo modo aptiori temporibus hodiernis. Rememorentur quae a Leone XIII scripta fuerunt, Americanismum damnans.

«Atque id novarum opinionum fautoribus commune esse coniciamus, ex eorum sententiis quibusdam circa vota quae ordines Religiosi nuncupant. Aiunt, enim, illa ab ingenio aetatis nostrae dissidere plurimum, utpote quae humanae libertatis coercant».

«Si qui igitur hoc magis adamant, nullo votorum vinculo, in coetum unum coalescere, quod malint faxint, nec novum id in Ecclesia, nec improbabile Institutum. Caveant tament ne illud prae Religiosis Ordinibus extollant; quin potius cum modo ad fruendum voluptatibus proclivius, quam ante, sit humanus genus, longe pluris ii sunt habendi, qui relictis omnibus sequuti sunt Christum» (23).

3°. - *Constitutio aperta*. Constitutiones quae modificari vel extendi valent processu legislativo ordinario, a politicis apertae vocantur. Constitutionem «Provida Mater» apertam appellabat hac intentione P. Goyeneche (24), quatenus S. Congregatio, magna cum prudentia, noluit ius completum pro Institutis Saecularibus constituere, ne evolutio ipsorum clauderetur intra schemata

(23) LEO XIII, *Littera Card. Gibbons*, «Testem Benevolentiae», 22 ianuarii 1899, ASS, vol. XIX, p. 15-16. Nimis forsitan in distinguendis Religionibus et Institutis Saecularibus in elementis quae quandoque canonicis vocantur insistitur quae etsi essentialia non sint statui perfectionis, quidem sunt integrantia et valorem non tantum iuridicum habent, sed potius asceticum et quidem permanentem in Ecclesia, ut paenitentia, vita comunis, paupertas absoluta, et hoc sensu interpretanda sunt verba supra relata Pii XII, circa validitatem modernis temporibus Ordinum et Congregationum. J. BEYER, *Gli Istituti Secolari*, p. 317. Questa distinzione rischia tuttavia di trasferire tanti altri valori cristiani, che hanno anche un senso teologico, sul piano giuridico. In effetti, la vita comune, la solitudine claustrale, l'abito religioso, oltre al loro valore canonico nell'organizzazione sociale della vita religiosa tradizionale, hanno anche un valore cristiano che noi non possiamo diminuire.

(24) S. GOYENECHÉ, *Homo Dei, Institutos Seculares Diocesanos*, p. 209, Vitoria, Esset, 1965.

nimis arcta, sed possent amplioribus formis sese manifestari, legiferando passim, prout phoenomenum associativum manifestaretur.

«Iamvero, etsi completae atque definitive normae Instituta Saecularia respicientes, ne hodierna ipsorum institutorum evolutio, periculose coarctaretur, in opportunius tempus melius differatur» (25).

Instituta maxima agibilitate gaudent et adaptabilitate extraordinaria, iuxta exigentias diversarum situationum rerum, locorum et personarum cum a vita communi canonica liberentur. Omnia tentare possunt in exercitio apostolatus, «dummodo plenae totius vitae consecrationi nullatenus officiant et Constitutioni Provida Mater, cohaereant» (26).

Ideo sequitur pro Institutis maximum momentum constitutum habere Constitutiones proprias et maiorem interventum legislativum concedi Congregationi Relig. et Inst. Saecularium (27).

4°. - *Vita continuo profluit*. En verba P. Goyeneche (28). «Concludamus: Deinceps, ergo, triplex status iuridicus perfectionis acquirendae erit necessario recensendus, nempe Religionum, Societatum vitae communis et Institutorum saecularium... At forsitan quis quaerat: ita iam statibus perfectionis absolutis, dicenda erit occlusa ulterioris evolutionis possibilitas? Re quidem vera,

(25) *Instructio Cum Sanctissimus*, A.A.S. 40 (1948) p. 293.

(26) *Primo Feliciter* n. III, A.A.S. 40 (1948), p. 285.

(27) *Primo Feliciter*, V, A.A.S. p. 286; *Cum Sanctissimus*, p. 299: Inter munera quae ex hac pontificia deputatione, iuxta ipsius Const. expressam definitionem, Sacram Congregationem gravant, illud recensendum quod «prout necessitas ferat atque experientia suffragetur, sive Const. Apost. interpretando, sive ipsam perficiendo atque applicando, ipsa Congregatio normas edere valeat, quae ad Instituta Saecularia generatim, vel ad aliquod ex eis singillatim necessaria seu utiles reputentur». Art. II, § 2, 2.

(28) S. GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, 1947, p. 37, XXII. Scripsit in ista ephemeride amplissimas Annotationes; etiam in *CpR*, vol. XXVI (1947) p. 12-17, remittendo ad futurum ampliorem Commentarium, cfr. vol. XVIII (1949). Hac eadem ratione referentias ut ita dicam externas in isto articulo afferro, et non proprias ephemeridis, plura quae scripta fuerunt invenire valent duce Indice generali, anni 1969 edito. Ideo ad scripta Card. Larraona, vel Rev.mi P. Gutiérrez non recurro, nam ex illo indice faciliter inveniri possunt vel etiam *Acta Congressus Internationalis Statuum Perfectionis* anni 1950 et aliorum Conventuum, remitto.

illa trilogia perfecte adequata videtur; nihilominus ad quaestionem respondere licet quod de Statu Religioso prout in Codice Iuris Canonici definiti habemus, plures abhinc annos scribebamus: Nec putandum est Status Religiosi conceptum, prout nunc in novissima disciplina completum habemus, nullas alias mutationes in posterum passum iri. Nam si indubium sit numquam in Ecclesia Status perfectionis defuturus, formae tamen iuridicae quas huiusmodi status perfectionis induunt, sicut et aliae formae ab humano iure inventae, erunt perpetuis mutationibus et evolutionibus obnoxiae » (29).

5°. - *Necessitas Constitutionis*. 1. « Ex felici horum Institutorum incremento in dies clarius apparuit quam multiplici respectu eadem efficax Ecclesiae et animarum subsidium verti possent (30). Proliferatio ergo horum Institutorum, iam inde a subversione gallica, sed praesertim a medietate saeculi elapsi, interventum S. Sedis provocavit, iam ab ipsis Institutis sollicitatum.

2. Ex adverso, experientia comprobatum est, difficultates ac pericula non defuisse quae haec perfectionis vita libere ducta, et abque externo religiosae vestis subsidio, communisque conviventiae auxilio, absque vigilantia Ordinariorum... Superiorumque, qui non raro longe aberant, interdum imo faciliter secum ferebat (31).

3. Ut principia circa perfectionem christianam novis formis et experientiis non contaminarentur. P. Creusen notat in conventu salisburgensi anni 1930 relationes omnes non eodem gradu con-

(29) S. GOYENECHE, *CpR*, 1920, p. 111:.... Scriptores Commentarii iam ab initio procuraverunt, propria doctrina, aperire novis formis perfectionis et apostolatus portas quae insisterent pulsabant.

Et nunc aliae formae, aliae Associationes insistunt, hac de causa, Congressus Nationalis Hispanicus anni 1956, 23 sept. - 3 oct. internationalis de facto, auspiciis S. Congr., de Religiosis, Praeside Card. Praefecto Valeri, Promotore Card. Larraona, celebratus est sub ampliori sensu Perfectionis et Apostolatus, in ipso participando cum Ordinibus, Congregationibus et Institutis, etiam specificis, Associationes Sacerdotales perfectionis et Apostolatus, et Associationes Actionis Catholicae necnon aliae Associationes perfectionis et apostolatus laicales.

(30) *A.A.S.* 1947, p. 118.

(31) *A.A.S.* 1947, p. 118.

formes magisterio ordinario Ecclesiae in materia spiritualitatis et ascesis catholicae (32).

Revera Ipse summus Pontifex aliquid innuit motiva Constitutionis exponens his verbis ut pericula vitentur erectionis novorum Institutorum - quae non raro imprudenter atque inconsulto conduntur (33).

IV. - INTERVENTUS ECCLESIAE

Si transactis temporibus, opportunum non duxit, authenticitatem conferre istis meritoriis iniciativis Ecclesia, nunc ex clara visione necessitatum et impetus selectarum animarum considerans, amplissime providet (34).

1°. - *Tria momenta*, in interventu Ecclesiae relate ad has associationes distingui valet.

(32) P. CREUSEN, *Les Instituts Séculiers*: pag. 16, (R.C.R., a. 1947): Les formes de l'apostolat sont extrêmement variées. Nous avons consacré en 1932 un assez long article à ces Sociétés et à leurs formes d'apostolat (cfr. R.C.R., 1932, 1-12: *Formes modernes de la vie religieuse*). Toutefois leur projet de tenir une réunion de ce genre à Rome, sous les yeux du Saint Père et de préparer peut-être ainsi une reconnaissance officielle, n'obtint pas l'approbation de Sa Sainteté le Pape Pie XI. Il faut d'ailleurs bien reconnaître que tous les rapports lus au Congrès de Salzbourg en 1932 (in articulo anni 1932 congressum Salzbургensem celebratum ait anno 1930) n'étaient pas également conformes à l'enseignement ordinaire de l'Eglise dans le domaine de la spiritualité et, en particulier, de l'ascèse catholique. ADRIEN MALO, O.F.M., Les démarches faites auprès de Pie XI connurent un succès encore moindre; il se déroba au projet de tenir en sa présence une réunion de ces associations, afin de s'épargner la douleur de refuser une approbation dont le temps ne semble pas encore venu. *La Vie des Communautés Religieuses*, pag. 45, 1947.

(33) *A.A.S.* 1947, p. 119.

(34) *Osservatore Romano*, 14 Marzo: Orbene, se in passato la Chiesa, nella sua sapienza, non ritenne ancora giunto il tempo per avvalorare, con più ampio riconoscimento, queste meritorie iniziative, a ciò provvede oggi, con limpida visione dei molteplici bisogni e dei corrispondenti slanci di spiriti eletti. Il Sommo Pontefice Pio XII rivolge ed amplia, per altri benefici orizzonti, le premesse di Leone XIII. Egli riconosce solennemente ulteriori stati di vita ascetica ed apostolica negli « Istituti Secolari », dei quali definisce esattamente gli elementi essenziali, regola la costituzione fondamentale e fissa la posizione giuridica, creando per ciò una terza categoria intesa, per così dire a completare il concetto di stato di perfezione operante nella stessa.

a) Decretum «Ecclesia Catholica». «Hae consociationes, quae inde «Institutorum Saecularium», nomine venient, non sine speciali Divinae Providentiae afflatu, primo elapsi saeculi dimidio, condi ceperunt, ut fideliter consilia evangelica in saeculo sequerentur et caritatis officia maiore libertate obirent... istas fidelium Societates, non secus ac verae Religiosae Congregationes a Sancta Sede laudatae non semel fuerunt» (*Decret. S. C. Ep. et Reg. «Ecclesia Catholica»* 11 augusti 1889; *ASS*, 23, p. 64) et tamen nec ut Congregationes verae approbatae fuerunt (35).

«In ipso non vetabatur horum institutorum laudatio et approbatio, edicebatur tamen, Sacram Congregationem, quando Instituta laudabat vel approbabat, ea voluisse laudare et approbare, non quidem ut Religiones votorum sollemnium, aut veras Religiosas Congregationes votorum simplicium, sed tantum ut pias Sodalitates» (36).

b) Const. «*Condita a Christo*». «Nostro saeculo Instituta saecularia multiplicata silenter sunt. De ipsis nihil cavet apostolica Const., *Condita a Christo*, quae tantum de Congregationibus Religiosis fuit sollicita» (37).

c) *Elaboratio Codicis*. Codex etiam iuris canonici consulto de his institutis siluit, et quae pro ipsis essent constituenda, cum adhuc matura non viderentur, reliquit futurae legislationi (38).

Scimus enim, aiebat P. Goyeneche (39) et Observationibus ad schema Compilatorum an. 1912 Codicis praeparatoriis factis et in volumen ad usum Compilatorum collectis, Provincia Tolosana ad Can. 528 schematis, respondente hodierno Can. 673 ss. proposuisse, ut tales Associationes inter Religiones recenserentur, habita ratione definitionis Religionis Can. 369, § 1: Nomine Religionis hic intelligitur Societas, legitima ecclesiastica auctoritate approbata, in qua sodales secundum proprias ipsius societatis leges, vota perpetua paupertatis, castitatis, oboedientiae nuncupant, atque ita ad evangelicam perfectionem tendunt.

(35) *A.A.S.* 1947, p. 118.

(36) *A.A.S.* 1947, p. 119.

(37) *A.A.S.* 1947, p. 119.

(38) *A.A.S.* 1947, p. 119.

(39) S. GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, 1947, p. 24.

Ad marginem animadversionis Provinciae Tolosanae, Card. Bisleti, qui illo utebatur volumine, qua manu, sed, nisi fallimur, ex suggestione Cl.mi P. Maroto, Em.mi Patris occulatissimi et adsidui collaboratoris et adsesoris rescripsit: «Se hanno gli elementi per costituire una Congregazione religiosa, debbono sottostare alle prescrizioni comuni, nisi aliter *ex privilegio apostolico* disponatur». Res adhuc matura non erat decissioni.

2°. - *Schemata Codicis insufficientia*. Codex in fontibus non recepit Decretum «Ecclesia catholica». Quaestio solvenda relinquitur singulis casibus, etiam vi particularis privilegii. Associationes istae multiplicantur et doctrinaliter negotium coepit tractari, ita tamen ut quidam ad figuras Codicis reducere tentarent tales associationes perfectionis et apostolatus, sive ad Societates in communi viventes, sive ad associationes laicales tertiariorum. Statim tamen apparuit irreductibilitatem istarum associationum ad schemata antiqua, sine violentia naturae ipsarum. «Ex iis (40) nonnullae inter associationes fidelium de quibus in parte III, L. II Codicis incunctanter collocari poterunt et debebant... E contra nonnullae aliae, absque dubio, ad Religiones vel Societates in communi viventia sine votis, in substantialibus accedebant, hinc sollicitationes efficacissimae ad S. Congregationem de Religiosis porrectae, ut inter illas adscriberentur. *Sed neque canones Religionum vel Societatum vitae communis apte eis applicare possi videbatur. Inde necessitas ambitus status iuridici acquirendae perfectionis producendi.*

Si hoc modo, scriptores actuales, procederent, cum de novis associationibus quae in saeculo perfectionem et apostolatus prosequuntur agitur, sincere cogitantes non posse illas intra schemata Const. «Providae Mater» et documenta complementaria inquadri sine violentia ipsarum, novum schema perfectionis et apostolatus deberent invenire, non tamen affirmare, quod Instituta quae, ad mentem ipsorum non sunt configurata, non posse appellari Instituta Saecularia, quia revera non sunt. Recordentur verba P. Carpentier, circa illos qui, contra aliam electionem, eligunt. Qui eligit benedictinum esse, non eligat per oppositionem ad Dominicum, vel ad Iesuitam, et ita si admittimus Instituta

(40) S. GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, 1947, p. 25.

Saecularia prout configurantur in Provida Mater, non eligat contra alias formas perfectionis, et si novae formae sint, quaerant sanctionem Ecclesiae, sed non ideo declarent formas praecedentes Institutum Saecularium invalidas, sicut Instituta non derogant praecedentes Ordines et Congregationes Religiosas.

3°. - *Organa Pontificia*. « Atque in primis S. Congregatio Concilii (41) ex mandato Pii XI, quaestionem studio subiecit, cuius gratia Congressum anni 1938 praeside Exc.mo P. Gemelli O.F.M. apud S. Gallum (Helvetia) paravit. Non minus quam 25 Associationes characteris praevalet laicalis concurrerunt ut characteres harum societatum definirent (41).

Sed nostra interest, aiebat P. Goyeneche, sequi praesertim SS. Congregationes S. Officii et Religiosorum, quae tandem doctrina et disciplina Const. « Provida » relata sub effectivo tamen « iussu ductuque » Pii XII, proxime paravere.

En verba Constitutionis (42): « Igitur Statutum generale Institutum Saecularium quod a Suprema Sacra Congregatione Sancti Officii ad competentiam suam quod spectat examinatum diligenter fuerat et a Sacra Congregatione de Religiosis accurate IUSSU, DUCTUQUE NOSTRO, ordinatum et expolitum fuit... ».

Etenim (43) cum S. Officio labores Congregationis Religiosorum innotuissent, litteris martii a. 1945 ad hanc Congregationem missis, quaestionem universam tractandam eidem relinquebat, cum ipsa communicatis conclusionibus ad quas Suprema pervenerat, in parandis pro talium associationibus regimine normis, ut si eiusdem ad proprium opus complendum usufrui videretur... Huiusmodi conclusionibus a S. Congregatione de Religiosis libenter acceptis et qua par est reverentia et ponderatione pensatis; statim specialis constituta est Commissio (44).

(41) S. GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, 1947, p. 26.

(42) *A.A.S.* 1947, p. 120.

(43) S. GOYENECHÉ, p. 27, in *Apollinaris*, 1947.

(44) S. GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, p. 28, nota 74: Haec Commissio Praeside Exc.mo Secretario E. Passetto, constituta est a P. Larraona Subsecretario, et a P. Creusen S.J., Grendel S.V.D. et S. Goyeneche C.M.F. Subsecretarius; nunc Card. Larraona, istos viros egregios elegit, quia consultores etiam S. Officii partem efformabant Commissionis ipsius S. Officii quae negotii adspectum theologicum tractaverat.

Cfr. SALVADOR CANALS, *Los Institutos seculares de perfección y Apostola-*

4°. - *Activitas Commissionis*. Considerationi et voto Commissionis submissa fuerunt: a) *Schema Decreti*, postea, Ss.mo subiendum, in quo natura et status iuridicus talium associationum definiebatur. b) *Instructio* privata ad usum eiusdem Congregationis, ubi plane ac indubie vis illustrabatur Decreti et criteria specialia proponebantur in constitutione talium associationum servanda; c) denique, *normae procedurales* ad erectionem et approbationem. Omnia fuere ad trutinam revocata et maxima cura perspecta sessione 11 maii 1945.

Commissionis votum fuit peritis favore; expressit tamen opportunitatem praeter alias observationes, ut documentum edendum, ob momentum rei, loco Decreti sollemniorum et efficaciorum « *Motus Proprii* » formam indueret.

Ulterius progressus est Ss.mus Pater, cui omnia fideliter relata sunt, quamque ultima elaborationis periodo, singula personaliter VIDERE, PENSARE, PERFICERE, ET DEFINIRE NON PIGUIT (45). *Voluit etenim suam supremam sanctionem expressam modo sollemniori*, quo actu maiores Romani Pontificis EX EIUS SUPREMO OFFICIO DERIVANTES edi solent, nempe CONSTITUTIONES APOSTOLICAE.

Ergo post tot disputationes, consilia, vota et praeparatoria studia, pluribus annis protracta, exigentibus tempori ac rerum adiunctis, R. P. Pius XII die 14 martii 1947 promulgavit Const.

do, in *Revista Española de Derecho Canónico*, 1947, p. 821-861, ad ipsum remittit P. GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, p. 22, nota 54: Notitias quas in hac parte referimus, sive ex notulis personalibus, sive ex ipsa Positione Const. praeparatoria, desumpsimus, quam Positionem, iam abunde citatam videre potest, humanus lector, in ephemeride hispanica, *Revista Española de Derecho Canónico* anno 1947, fasc. Sept.-Dec. p. 843 ss.

Revera studium S. Canals velut primum tractatum Institutum Saec. haberi valet et ipse ut auctor et actor considerari, quia non tantum praesens active fuerat hic Romae tempore elaborationis Const., sed et secundus Secretarius fuit Commissionis pro Institutis Saecularibus constitutae.

(45) J. CREUSEN, *loc. cit.*, pag. 21: Le Saint Père ajoute d'ailleurs que ces deux organes n'ont pas seulement travaillé par son ordre, mais aussi sous sa direction. Ceux qui savent avec quel soin le Pape glorieusement regnant, étudie et suit personnellement tous les problèmes doctrinaux, ou pratiques que soulève le gouvernement de l'Eglise dans les circonstances actuelles comprennent le lourd fardeau qui pèse sur ses épaules, l'intense travail auquel se soumet, le cachet personnel des décisions prises « par son ordre et sous sa direction ».

«Provida Mater Ecclesia», sub data 2 febr. ann. 1947 qua Istitutorum Saecularium ordinem iuridicum decernit et definit, novam instaurans categoriam status perfectionis in Ecclesia (46).

V. - CONSTITUTIONIS MOTIVA

1) *Conscientia Officii Pastoralis*: «Haec omnia Nobiscum pro conscientiae Nostrae officio et pro paterna illa dilectione qua erga animas ferimur, quae in saeculo tam generose sanctitatem sectantur, semel iterumque considerantes;

2) *Discriminatio Societatum*: «itemque eo consilio ducti ut sapiens nempe ac severa fieri valeat Societatum discriminatio, illaque tantum ut vera Instituta agnoscantur quae plenam perfectionis vitam authentice profiteantur »;

3) *Ad vitanda pericula*: «ut pericula vitentur erectionis novorum Institutorum — quae non raro imprudenter atque inconsulto conduntur — »;

4) *Institutionalizatio necessaria*: «ut illa autem instituta, quae approbationem mereantur, talem obtineant peculiarem iuridicam ordinationem, quae eorum naturae finibus, adiunctis apte pleneque respondeant »;

5) *Exemplum Leonis XIII*: «id ipsum pro Institutis Saecularibus perficere cogitavimus ac decrevimus, quod im.mem. Decessor Noster Leo XIII pro Congregationibus votorum simplicium per Apostolicam Constitutionem «Conditae a Christo» tam prudenter atque sapienter praestitit » (47).

(46) S. CANALS, *l. c.*, n. 10 p. 851: Lo mismo que en la Posición, que resumiendo un siglo de historia y de praxis, dió a la Iglesia la Const. Apost. «Conditae a Christo», se trabajó durante cuatro años 1896-1900, así en la Posición que ha dado recientemente a la Iglesia la «Provida Mater Ecclesia», se ha trabajado por un período no menos largo, 1941-1946, en tres sucesivas Comisiones. 1944-1945-1946, (n. 11). Así se llegó a principios de 1946, hasta entonces las diferentes Comisiones de la S. Congr. de Religiosos basándose, no sólo en las orientaciones recibidas de S. Oficio, sino también en el fundamental voto del Consultor Rev.mo Larraona que, estudió las Const. de Notre Dame du Travail, preparaba unas Instrucciones, o un Decreto de la S. C. de Religiosos que hiciera posible la recepción jurídica de nuevas formas sociales; para ello se ampliaba el concepto de estado religioso y se interpretaba lato sensu el tit. XVII.

(47) *A.A.S.* 1947, p. 119.

VI. - DE QUIBUS AGITUR ASSOCIATIONIBUS

«Societates clericales vel laicales, quarum membra, christianae perfectionis adquirendae atque apostolatum plene exercendi causa in saeculo, consilia evangelica profitentur, ut ab aliis fidelium communibus associationibus apte distinguantur, Instituta Saecularia proprio nomine veniunt » (48).

Subiectum passivum cui Constitutio destinatur apprime determinatum est, si ergo ut non violaretur naturam istarum associationum lex lata fuit, non violemus nos propriam legem structuralem, quae naturae ipsarum respondet. Non faciamus benedictinum, iesuitam, nec iesuitam, benedictinum. Unde si ex evolutione vitae novas revera sint manifestationes, quaeramus aliam appropriatam vestem pro illis.

«Spiritualium Moderatorum prudentiae ac studio ex animo commendantes, singulorum nobiles perfectionis conatus, in foro interno, de associationibus nunc solliciti sumus quae coram Ecclesia in foro, uti dicitur, externo ad vitam solidae perfectionis proprios sodales quasi manu ducere, satagunt atque nituntur. Non tamen de omnibus consociationibus hic quaestio est, quae in saeculo perfectionem christianam sincero corde sectantur, sed iis tantum, quae in interna constitutione, in hierarchica regiminis Ordinatione, in plena nullisque aliis vinculis limitata deditio, quae a membris proprie dictis requirunt, in consiliorum evangelicorum professione, in ratione denique ministeria et apostolatum exercendi propriis quoad substantiam accedunt ad status canonicos perfectionis (49).

(48) *A.A.S.*, p. 120 cfr. CARPENTIER, in *N.R.Th.* p. 428: L'accent est mis dans cet définition, non sur l'apostolat qui est le deuxième but, mais sur la pratique dans le siècle. C'est elle en effet, au sens précise, à l'article 3, qui merite aux Instituts Seculiers d'être comptés parmi les états canoniques de perfection. CREUSEN: Les Instituts Séculars n'imposaient pas à tous leurs membres la vie en comun, Cost. Art. II, S. 1.

GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, XV, p. 31: Haec autem elementa sub tribus capitibus comprehenduntur, scilicet: professione seu plena consecratione ad vitam christianae perfectionis; incorporatione sodalium vinculoque ex ea orto sedibus vel domibus communibus.

(49) *A.A.S.* 1947, p. 117. — CARPENTIER, in *N.R.Th.* p. 427 (1947). D'autre part le Saint Siège est bien décidé à ne pas approuver indistinctement

« Ergo (50) Sanctissimus Dominus Noster Pius XII, auctoritate suprema qua gaudet, istis fretus rationibus, ad statum canonicum perfectionis novissimas ecclesiasticas consociationes, quae deinceps Instituta saecularia appellabuntur adsciscere decrevit, novam categoriam feliciter inducens, quae inceptam a Codice viam audacter percurrans, caritatis acquirendae statum perfecte atque definitive, quia adequate, divisit ».

VII. - CHARACTER MAGISTERIALIS CONSTITUTIONIS

Ipsa Summus Pontifex causam proprii interventus declarat: « Haec omnia Nobiscum, pro conscientiae Nostrae officio et pro paterna illa dilectione qua erga animas ferimur quae in saeculo tam generose sanctitatem sectantur, semel iterumque considerantes;... per praesentes litteras approbamus; atque ea omnia, quae sequuntur, Apostolica auctoritate Nostra declaramus, decernimus ac constituimus » (51).

Refert Card. Larraona, qui de argumento directe cum Pontifice agere debuit, quomodo etiam de proprietate verborum rationem exigebat, imo de collocatione virgularum, frequenter repetens: Attenti Attenti! Si tratta d'un affare molto grave! Attenti! Si tratta d'introdurre nella Chiesa una nuova forma di stato di perfezione!

Ista fuit etiam causa cur de quaestione praeoccupatus fuerat S. Officium, cum negotium quasi litigiosum factum fuit. Omnes commentatores Constitutionis, notant in illa, partes duas, scilicet doctrinalem, historicam, et structuralem iuridicam. Pertinet Ec-

tous les associations de ce genre, mais seulement celles « qui professent authentiquement et pleinement la vie de perfection. Cfr. etiam CREUSEN, *Les Instituts Séculiers*, p. 20.

(50) GOYENECHÉ, in *Apollinaris*, 1947, p. 22.

(51) A.A.S. (1947) p. 119, *L'Osservatore Romano*, 14 marzo: Ciò vuol significare che, oltre ad estendere ad un numero ingente di persone la possibilità di praticare i dettami dei consigli evangelici in condizioni assolutamente sicure, perchè poste sotto l'infallibile guida della Suprema Autorità, si offrono adeguati mezzi per la formazione di futuri strumenti di zelo idonei ad alacre lavoro e a soprannaturale conquista.

clesiae de puritate veritatis et morum vigilare, et officio pastoralis ad sanctitatem ducere et formas stabilire acquirendae perfectionis.

« Ipsa autem auctoritas Ecclesiae, duce Spiritu Sancto, ea interpretari (consilia) eorum praxim moderari et etiam stabiles inde vivendi formas constituere curavit » (52).

« Cum ecclesiasticae Hierarchiae munus sit Populum Dei pascere et ad pascua uberrima ducere (Ez. 34, 14) ad ipsam spectat evangelicorum consiliorum praxim, quibus perfectio caritatis erga Deum et proximum singulariter fovetur, legibus suis sapienter moderari. Ipsa etiam, Spiritus Sancti impulsus dociliter sequens, regulas a praeclaris viris et mulieribus propositas recipit et ulterius ordinatas authentice adprobat, necnon Institutis ad aedificationem Corporis Christi passim erectis, ut secundum spiritum Fundatorum crescant atque floreat, auctoritate sua invigilante et protegente adest » (53).

« Dico ergo (54) ad instituendam religionem, quae et modum vivendi in communi Societate seu Congregatione profitetur, et toti Ecclesiae proponitur, necessaria est Ecclesiae approbatio iudiciaria... ut tale iudicium et publicum et authenticum sit; cum talis Religio universae Ecclesiae imitanda, seu amplectenda et sequenda proponenda sit, ut supponimus. Et de hac approbatione maxime loquuntur Doctores, cum dicant, non posse errare Pontificem Religionem aliquam approbando, id est authentice declarando illum esse honestum et sanctum vivendi modum et viam convenientem ad perfectionem acquirendam. Nam hic error perniciosus esset Ecclesiae in materia morum. Est etiam haec approbatio veluti

(52) L.G., n. 43, 5.

(53) L.G., n. 45, 1, ss.

(54) SUAREZ, *De statu Religionis* t. III, lib. II, n. 13, p. 139, Lugduni, 1623. CREUSEN, La Constitution touche a plusieurs questions doctrinales qu'il était de la compétence du Saint Office, loc. cit., p. 21.

Circa momentum et valorem Const. Provida Mater, citare iuvabit Contionem conclusivam II Congressus Canonistarum Hispaniae, anni 1947 mense Maii Matriti, a Nuntio Apostolico Caietano Cicognani, pronuntiatam. *La Constitución Apostólica « Provida Mater Ecclesia »* cfr. Revista Española de Derecho Canónico, p. 357-373. In pag. 368 citat articulum in *L'Osservatore Romano*, 14 Marzo publicatum. Ephemerides matritensis, *Vida Religiosa* illius anni, Const. Provida Mater lectoribus praesentabat, Collationem Nuntii Apostolici transcribendo integram, p. 198 ss.

quaedam canonizatio, per quam tale Institutum publice et authentice sanctum perhibetur; sicut canonizatio personae alicuius nihil est aliud, quam de illius vera sanctitate et gloria publicum Ecclesiae testimonium. Ex quo exemplo optime potest assertio confirmari, nam si ad colendos sanctos publice et universe sine periculo erroris, aut superstitionis, necessaria est approbatio sanctitatis eius per publicam Ecclesiae sententiam declarativam illius; non minori ratione necessaria est approbatio similis illius congregationis et vivendi modi, qui universae Ecclesiae tamquam sanctus et ad perfectionem obtinendam utilis proponitur ».

Mirum ergo non est, si Pius XII ad inducendam novam formam Status perfectionis, Constitutionem Apostolicam emanaverit.

I. B. FUERTES